Preußische
Merckwürdigkeiten,
Das ist,
Nachlese,
iger zur Bürgerlichen-Kirchen und Ge-
ehrten-Geschichte von Preußen gehörigen
Nachrichten,

zur Fortsetzung
des
rleuterten Preußens
und der
ACTORUM BORUSSICORUM,
herausgegeben
von
inigen Liebhabern der Geschichte des
Vaterlandes.

Sechstes Stück.

Königsberg,
gedruckt bey Johann Heinrich Hartung. 1741.

XVII. DE REBVS ATQVE INCREMENTIS PRUSSORUM. (*)

PARS I. CAPUT PRIMUM.

DE Origine atque Nomine Prussorum.

§. I.

De rebus atque incrementis Prussorum duabus partibus, quarum prior res Prussorum antequam ad Christi fidem adducti fuerunt, posterior autem fata eorundem postquam religionem Christianam receperunt, exponet, pro ingenii nostri, quod exiguum est, viribus, agere nunc constituimus, ut specimine hoc qualicunque Parentibus atque Propinquis, biennii fere, quod in Academia hac exegimus, redderemus rationem. Præcipuas autem res atque mutationes, quæ apud Prussos acciderunt, insigniores hac dissertatione tantum attingemus, cetera memorabilia spissis atque grandibus relinquentes voluminibus. De Origine igitur atque Nomine Prussorum acturi hoc capite, id nobis negotii datum videmus, ut in antiquos prius, qui Prussiam olim incoluerunt, inquiramus populos.

(*) Dieses ist eine Academische Abhandlung, welche der Baron Friedrich von Danckelmann verfertiget, und zu Leiden A. 1705. unter dem Præsidio, des berühmten Historici D. *Jac. Perizonii* vertheidiget hat. Es ist dieselbe mit vielem Fleiß verfertiget, und als ein klein Compendium Juris publici Prussici anzusehen, wiewohl der Verfasser, aus Mangel der Diplomatum, in der Materie: quo titulo & jure Crucigeri Borussiam occupaverint? die alte Meynung vertheidiget hat, welche zu unsern Zeiten gantz anders ist ins Licht gestellet worden.

§. II.

Diverſis vero, in quas eruditi Viri circa primos incolas Pruſſiæ abeunt, opinionibus miſſis, id extra omnem controverſiæ aleam poſitum eſt, Æſtios inde à *Taciti* ævo, ad Carol. M. tempora, præcipuos ſemper atque perpetuos fuiſſe Pruſſiæ incolas. Meminit ipſorum *Tacitus* de *Mor. Germ.* Cap. 45. quem locum, quia in ſequentibus uſui nobis veniet, integrum huc adſcribemus. *Ergo,* inquit, *jam dextro Suevici maris littore Æſtiorum gentes adluuntur, quibus ritus habitusque Suevorum, lingua Britannica propior. Matrem Deum venerantur. Inſigne ſuperſtitionis, formas aprorum geſtant. Id pro armis, omniumque tutela, ſecurum Deæ cultorem etiam inter hoſtes præſtat. Rarus ferri, frequens fuſtium uſus, frumenta ceterosque fructus patientius, quam pro ſolita Germanorum inertia laborant. Sed & mare ſcrutantur, ac ſoli omnium ſuccinum, quod ipſi Gleſſum vocant, inter vada atque in ipſo littore legunt, nec quæ natura, quæve ratio gignat, ut barbaris, quæſitum compertumve. Diu quin etiam inter cetera ejectamenta maris jacebat, donec luxuria noſtra dedit nomen.* Liquet ex his verbis, Æſtios *Taciti* tempore non recens veniſſe in Pruſſiæ oras, ut pote qui ſuccini commercia jam diu cum Romanis habuerant. Tempore quoque *Caroli M.* eos in Pruſſia adhuc hæſiſſe, *Eginhardus* teſtatur, in *vita Caroli M.* ac *littus,* inquiens, *auſtrale Sclavi, & Aiſti, & aliæ diverſæ incolunt nationes.* Neque credibile eſt, voluiſſe Æſtios tam fertile ſolum, quod a tot jam ſeculis ipſorum majores incoluerant, mutare. Cum ergo nec vi leganturexpulſi, priſtinas eos ſedes retinuiſſe veriſimile eſt, veteri *Æſtiorum* cum *Pruſſorum* nomine, circa ſeculum decimum, commutato. Primus enim, qui nominis *Pruſſorum* mentionem facit, eſt *Ditmarus Merſeburgenſis* lib. 6. *Chron.*

§. III.

Ita tamen, quæ dixi, intelligi nolim, ac ſi præter Æſtios nullos alios populos Pruſſiam olim inhabitaſſe

hodier-

hodiernosque ejus incolas Æstiorum solum propaginem existimem. Fuisse enim ex Gothis, aliisque vicinis populis, qui soli fertilitate allecti, in Prussia sedes posuerint, Æstiis interim potiores semper partes tenentibus, negari non potest. Ridiculum vero est, quod *Wolfgangus Lazius* Hassos quoque inter veteres Prussiæ incolas referat Lib. 8. *de Gent. Migrat. Verisimile est,* inquiens, *eo occasione* (cum Suevi in Westphaliam migrassent) *Hassos ab usque Baltheo mari, ubi nostro seculo Prussia sita cernitur, progressos, loca a Suevis derelicta vacua insedisse, vel saltem Suevorum in reliquiis se istic admiscuisse:* & paulo infra, *istic igitur* (ad Taunum montem) *non solum Cattorum Mattiariorumque reliquiis accessisse Hassos labentibus seculis, rerum Suevorum etiam, qui Cattis Mattiariisque dominabantur, loca vacua eo in tractu occupasse, late a Mare Baltheo, ubi est hodie Brussia, venientes.* Nullus dubito, quin scriptor noster literis *Theodorici* Gothorum Regis ad Æstios, quas infra commodiori loco recensebimus, fuerit deceptus. Cum enim in istis literis *Æstii* appellentur *Hasti*, Lazius Hassos intellexit, hoc modo, postquam dictas literas adduxisset, concludens: *Ex quibus liquet Theodorico Bernensi regnante in Italia, quo tempore Constantinopoli Zeno & Anastasius rerum potiebantur, Hessos ad Oceanum Germanicum, ubi est hodie Brussia, & Livonia, coluisse, istic enim succinum nostra quoque tempestate in maris littoribus colligitur.* Ingens sane error est hujus scriptoris, quod Cattos diversos faciat ab Hassis, & hos confundat cum Æstiis, cujusmodi multos in isto opere committit, adeo, ut *Cl. Struvius* in *Bibl. Histor.* Cap. 9. 4. recte existimet, *opus illud esse majoris industriæ, quam judicii, in quo nimium quantum erraverit Lazius.*

§. IV.

Tantum autem abest, ut Hassi originem suam à Prussis ducant, ut potius multi ex Hassis seculo XIII. Patriam suam relinquentes, in Prussiam migraverint,

Isto enim tempore, quo ordinis Teutonici milites Prussos oppugnarunt, multos ex omnibus Germaniæ partibus, Pietatis prætextu, illis se Militibus junxisse atque in Prussia fixas posuisse sedes, oppida a peregrinis condita non obscure indicant: Neque ex superiori Germania solum, sed & inferiori quosdam eo tempore in Prussiam commigrasse, non leve indicium est oppidum *Hollandia*, quod tribus leucis distat Elbinga. Potius enim credo, illam Urbem ab Hollandis illuc seculo XIII. profectis, exstructam fuisse, eique cives istius urbis in Belgium profectos *Hollandiæ* nomen dedisse, uti *Janus Dousa* putat, cujus verba in *Annal. Batav.* hæc sunt: *Nisi a Venedis potius sive Wendis, quos Borussos hodie ac Brutenos vocitamus, nominis originem nos habere contenderit; ducta ex eo potissimum conjectura, quod intra ejusdem populi ditionem, haud procul Elbinga, tanto post tempore Oppidum etiamnum Ducale integrum Hollandiæ nostræ vocabulum repræsentans, in Geographicis Tabulis reperiatur.* Verisimilius enim est, Hollandiæ nomen Bataviæ a Nortmannis fuisse inditum.

§. V.

Quod nunc attinet ad originem Æstiorum, certum est, eos Venedorum, quod nomen multis cis & trans Vistulam populis commune erat, partem fuisse, atque in Sarmatia habitasse Europæa. Sarmaticæ tamen originis eos propterea esse, minus recte inde a quibusdam infertur. Sarmatiæ enim Europææ partem, quæ ad Vistulam vergebat, multis Germanicis gentibus fuisse inhabitatam, dubitari non potest. Circa Venedos in specie sic dictos, qui ad sinum Venedicum habitabant, hæret quidem *Tacit.* de *M. G.* c. 46. Sed tamen, quia domus figebant, & scuta gestabant, & pedum usu ac velocitate gaudebant, quæ omnia diversa Sarmatis erant, inter Germanos, refert potius. Æstios etiam nostros Germanicæ fuisse originis, Suevorumque reliquias, ex loco *Taciti* supra §. 2. *citato*, recte infert

Cl.

Cl. *Cellarius, Geograph. antiqu.* Tom. I. cap. 5. *Ergo,* inquiens, *hos* (Æstios) *Germanicæ originis esse non dubitamus.* Maxime autem nos confirmat, quod illustris *Coccejus,* in *jure suo publico* C. 2. §. 8. calculum nobis adjiciat, his verbis: *In limite orientali trans Vistulam & montes Bastarnæ, Peucini, Æstii, Fenni; postea Gothi, Alani, Gepidæ, &c.* omnes Germanæ *gentes.*

§. VI.

Pruthenorum, Prussorum, seu *Borussorum,* nominum variæ redduntur rationes. Sunt enim qui Prussorum originem æque ac nomen a Prussia deducunt Bithyniæ Rege, quem post bellum contra Romanos infeliciter gestum, in Prussiæ oras secessisse fingunt. Alii a Prutheno Waidewuti, Regis, ut fingitur, Prussorum, fratre hoc nomen arcessunt. Non pauci Boruscos, populum ad montes Riphæos habitantem, cum gente sua nomen in Prussiam induxisse asserunt. Alii denique, *Erasmum Stellam* secuti, a Bructeris Germaniæ populis in Oras Septentrionales profectis, appellationem Pruthenorum derivant. Verum omnes hæ aliæque rationes, quibus recensendis nunc supersedemus, partim falsis, partim incertis nituntur fundamentis atque hypothesibus. Majorem veri speciem habent *Christoph. Hartknochii* atque *Matthiæ Prætorii* conjecturæ, quorum ille Prussos a *Po,* quod vocabulum Polonis *ad, prope, sub,* notat, & *Russis,* quasi *iis vicinos:* hic vero libr. 2. *Orb. Goth.* Cap. 4. a *Pruota* prudentia, quia ceteris nationibus Prussi se existimaverint prudentiores, ita dictos volunt. Posterior hæc sententia ex historia videtur confirmari, quia Prussi bella leguntur suscepisse contra illos, qui prudentiæ gloriam dubiam ipsis faciebant, qua de re *vid.* laudatus *Prætorius* cit l. Id notandum est denique, secundum utramque appellationis rationem, rectius scribi *Porussia* vel *Prussia,* quam Borussia, retinentque priorem scribendi modum, non solum optimi ex vetustis, sed & recentibus scriptoribus. Cl. *Schurzfleischius, Hartknochius,* aliique.

CAPUT SECUNDUM. DE Republica Prussorum.

Populos ilarum terrarum, quos *Prussos* vocat, *null* *antiquitus leges, nullos magistratus novisse, tantum* *que cuique licuisse, quantum ausus fuerit, nihilque a fer* *vitam ipsorum diversam fuisse*, ait Erasmus Stella *Vetust.* *Boruss. l.* 1. *Regiam* vero gubernationis formam a Pruf sis, circa tempora Valentiniani I. Imperatoris receptam fuisse, idem auctor narrat, occasionemque hujus mu tationis prolixe recenset. Lib. 2. Summa rei huc redit: Alanos, tempore Valentiniani I. Imperatoris, magnam a Sicambris cladem fuisse passos, atque paucos, qui a clade ista superfuerant, in Hispaniam abiisse. Viribus ergo attritis, cum non viderent, qui domi remanse rant, qua ratione se defenderent, ad Prussos transiisse, a quibus lubenti animo fuerint recepti. Auctis vero ita in Prussia hominibus agros non suffecisse, unde factum, ut cædibus mutuis in se invicem sævierint, nullo, qui in crimina animadverterent, reique prospi cerent publicæ, Magistratu constituto. Waidewutum itaque Alanum, exemplo apium proposito, auctorem fuisse populo, ut regem sibi constituerent. Populum hac oratione commotum, ipsimet Waidewuto Impe rium obtulisse, qui illud feliciter administraverit, filiis que reliquerit. Ast fabulam redolere hanc narrationem atque commentum esse recentiorum scriptorum, eru ditis jam observatum est. Ipsi enim, quibus hoc com mentum placet, de tempore primum, quo Waidewutus hic vixerit, inter se non conveniunt, aliis ad tempo ra Valentiniani I. aliis ad Annum Christi 503. aliis etiam ad Seculum XIII. ejus ætatem referentibus. Nec minor est ipsorum dissensus, quod ad natales Waide wuti attinet; alii enim, a Cimbris, alii ab Alanis, alii contra à Gothis ejus ortum deducunt. Circa nume rum

n quoque filiorum Waidewuti in diversas abeunt tes. Sunt enim qui quatuor tantum, sunt alii contra duodecim ei filios fuisse narrant. Ut alia nunc eam, valde hanc de Waidewuto narrationem reddit pectam, quod *Jornandes*, *Eginhardus*, aliique veten scriptorum nullam Waidewuti mentionem faci-. Circa medium Seculi VI. Prussiæ incolas nullum hucdum habuisse Regem, ex literis Theodorici Gorum Regis ad Æstios patet, Æstiis enim solis eas scribit, nulla Regis ipsorum mentione facta. Literæ æ, ut a *Cassiadoro* Lib. 5. *Var. Epist.* 2. recensentur, ita e habent. *Hastis Theodoricus Rex. Illo & illo legavestris venientibus grande vos studium notitiæ nostræ buisse cognovimus, ut in Oceano littore constituti cum stra mente jungamini. Suavis nobis admodum & grata titio, ut ad vos perveniret fama nostra, ad quos nulla tuimus destinare mandata. Amate jam cognitum, quem quisivistis ignotum, & ideo salutatione vos affectuosa quirentes, indicamus, succina, quæ a vobis per horum rtitores tradita sunt, grato animo fuisse suscepta, quæ d vos Oceani unda descendens, hanc levissimam substaniam, sicut & vestrorum relatio continebat, exportat; ed unde veniat, incognitum vos habere dixerunt; quam nte omnes homines, Patria vestra offerente, suscipitis.*

§. II.

Occasionem, quam scriptores habuere Waidewutum Regem fingendi Prussorum, *Matthæus Prætorius* nobis suppeditat *cit. libro* part. 2. p. 21. Asserit Vir ille in historiis atque antiquitatibus gentium septentrionalium versatissimus, Waidewuti vocabulum esse nomen officii, atque *Præfectum litium*, id est Judicem, designare; unde verisimile ipsi fit, virum quendam principem ætate grandem ad gubernacula Reipublicæ, ut res collapsas atque turbatas restitueret, a Prussis admotum fuisse: Ignorantia vero scriptorum recentiorum factum esse, ut officii appellationem in familiæ nomen muta-

 verint.

verint. Quod vero de filiis Waidewuti refertur, idem auctor de Principibus viris, quibus Waidewutus ille, seu summus judex, ob heroica facta agros assignaverit, intelligendum putat. Notandum quoque est, quod istum judicem, summum simul Pontificem seu sacrorum Antistitem fuisse, more Imperatoribus Romanis, aliarumque gentium Regibus communi, asserat. Sententiam hanc confirmat *Petrus de Dusburg, Chron.* part. 3. Cap. 5. ubi scriptor iste, *fuit*, inquit, *in medio nationis hujus perversæ, sc. in Nadravia, locus quidam dictus Romow: trahens nomen suum a Roma, in quo habitabat quidam dictus Criwe, quem colebant pro Papa, quia sicut Dominus Papa regis universalem Ecclesiam fidelium, ita ad istius nutum seu mandatum, non solum gentes prædictæ, sed & Lethowini & aliæ nationes Livoniæ terræ regebantur. Tantæ fuit authoritatis, quod non solum ipse vel aliquis de sanguine suo, verum nuncius cum baculo suo vel alio signo noto transiens terminos infidelium prædictorum, a Regibus & Nobilibus & communi Populo in magna reverentia haberetur.* Non longe ab his abit *Christ. Hartknochii* sententia, qui *Select. Dissert.* 19. Prussiam ante Cruciferorum tempora, in plures societates minores divisam fuisse, quibus singulis Nobiles seu potentiores præfuerint; in comitiis vero Populi multam sacerdotes habuisse auctoritatem, existimat.

CAPUT TERTIUM.
DE
Potentia Prussorum, atque Bellis ipsorum præcipuis.

§. I.

Quod de Germanis testatur *Cæsar, de Bello Gall.* lib. 1. c. 29. *eos ingenti magnitudine corporum, incredibili virtute, atque exercitatione in armis, fuisse præditos*, id de antiquis Prussiæ incolis scriptores quoque memorant,

t. Præter insignes dotes corporis, præcipua etiam ebus gerendis prudentia usi fuerunt, unde ceteris ,que nationibus longe se existimaverunt pruden- es. Non mirum itaque est, quod maximos fece- progressus, finesque longe lateque extenderint. De itibus enim Æstiorum ita scribit *Cluverius, Germ.* *iq* Lib. 3. 44. *Equidem censeo, non minoribus olim incoluisse finibus, quam nunc posteri ipsorum Prussi ue Livones incolunt, sed forte paulo latioribus. Ter- nos igitur iis statuo istos: Ab oriente, qua Venedis nt juncti, primum eosdem, quibus Livonia ab oriente itur, ad amnem usque Litaviæ Sacrum, qui vulgari abulo Swietarzeka, infra Vilnam urbem, in Viliam men incidit: Inde ipsum Viliam, & ex adversum Ma- lium ad confluentem usque Nemenii: hinc lineam ad nfluentem usque amnis, qui infra Masoviæ opidum Nur gi miscetur. Hinc ab austro, qua contermini fuere ucini, Bugem & Vistulam ad confluentem usque Brogii nnis. Ab occidente, qua* Gothones *fuerunt proximi, ndem Vistulam, & ubi is in cornua scinditur, alveum us maxime orientalem, cujus ostium primo in lacum apud lbingium opidum, dein vero una cum lacu apud Bulgam pidum in mare Suevicum exit. Hinc ipsum mare ad stium usque Narvæ amnis, extremum Livoniæ versus ptentrionis terminum.* Potentem certe populum Æstios fuisse, inde patet, quod legatos ad Theodori- um Regem, amicitiæ stabiliendæ gratia, miserint; Theodoricus vicissim dignos eos existimaverit, quos in amicitiam suam reciperet. Bella denique, quæ Prussi contra hostes etiam potentissimos feliciter gesserunt, quanta ipsorum potentia fuerit, indicant. Victos enim quandoque Prussos, nunquam vero domitos plane, re- periemus usque ad tempora Cruciferorum.

§. II.

Sunt inter scriptores Prussicos, qui nimio ducti gentis atque gloriæ suæ studio, cum Julio Cæsare at-

que

que Druſo bella jam geſſiſſe Pruſſos memorant. Se fabulæ! Errorem de bello Cæſaris cum Pruſſis ortum exiſtimo ex confuſione Venedorum, quorum pars erat Æſtii, cum Venetis Galliæ populis, quibus Cæſarem bellum intuliſſe ex Comment. ejus *de Bello Gall.* libr. 8. patet. Simili modo familiare eſt Græcis Scriptoribus, quæ ad Venetos Italiæ populos ſpectant Venedis tribuere, & contra. Ita *Herodotus* Eridanum (Padum) Italiæ fluvium, Venetosque adluentem, ad mare Septentrionale collocat. Nec ab hoc errore liber eſt *Pomponius Mela.* Is enim libr. II. cap. 7. Electridas Inſulas, quæ ad Venedos pertinent, in ſinu Adriatico quærit, annotante Cl. *Cellario, Geograph. Antiq.* libr. II. cap. 5. Druſum etiam Germanicum expeditionem contra Pruſſos ſuſcepiſſe, aſſerit *Eraſmus Stella*, libr. I. *Antiq. Boruſſ.* Cui errori *Plinius* præſertim occaſionem dedit, verbis, quæ *Hiſtor. Natur.* libr. 37. cap. 3. ita ſe habent: *Certum eſt, gigni in Inſulis Septentrionalis Oceani, & a Germanis appellari Gleſſum; Itaque & a noſtris unam Inſularum ob id Gleſſariam appellatam, Germanico Cæſare ibi claſſibus rem gerente, Auſtraniam a Barbaris dictam.* Hiſce *Eraſmum Stellam* deceptum fuiſſe credo, dum ea retulit ad mare Suevicum, & ejus inſulas, ad quas Germanicus Cæſar non pervenit. Nam quis non videt in hoc loco Inſulam Auſtraniam, Gleſſariam fuiſſe Romanis dictam, ad ſimilitudinem Gleſſariæ Inſulæ in mari Suevico, quod forte ſpeciem quandam ſuccini in illa invenerint. Imo Inſulam a *Plinio* intelligi non in mari Suevico, ſed Occidentali ſitam, ex *libr. ejus* 4. cap. 13. patet; ubi, poſtquam ſinus Codani, ſeu Balthici, inſulas enarraſſet, Inſulas dein recenſens ultra promontorium Cimbrorum, in earum numero & Auſtraniam noſtram ponit: *Inde Inſulæ Romanis armis cognitæ: Earum nobiliſſimæ, Burchana, Fabaria a noſtris dicta, a frugis ſimilitudine ſponte provenientis, item Gleſſaria a ſuccino militiæ appellata, a Barbaris Auſtrania.* Auſtraniam

itaque

ue hanc, insulam esse, quæ hodie vocatur *de Strand*, li dubitamus, imprimis quia nobiscum sentit *Cluius*, libr. 3. *Antiq. Germ.* cap. 23.

§. III.

Certiora sunt bella, quæ a temporibus Caroli M. n Prussis fuerunt gesta. Ipsum enim hunc Imperorem Prussos quoque armis subegisse, *Aventinus nal. Boiorum* libr. 4. testatu; *Subegit*, inquiens, *inctus armis Carolus vi Franciam atque Germaniam nstulit. Hinc Aquitaniam, Longodocos, Vascones, ctum omnem Pyrenai montis, Navarros, Citeriorem spaniam usque ad Iberum. Illinc Italiam, Regnum ngobardorum, cum terrarum Dea gentiumque Roma, rnos, Liburniam, Venedorum Marchiam, Dalmatiam, lavoniam, Noricum inferius, Pannoniam, Hunniam, aciam, Saxoniam, Venedorum atque Sclavorum natios ferocissimas & valentissimas, Sorabos, Marsos, Bojes, Zechos, Moravos, Lusatos, Silesios, Bolios, Abodritas, lechleburgenses, Brandeburgenses, Pomeranos, Borussos.* ost *Ludovici Germanici* obitum, *efferata barbaries*, ut quitur *Helmoldus*, lib. 1. c. 7. *laxis regnabat habenis; lam Boemi, Sorabi, Susi, & ceteri Sclavi, quos ipse triutis subjecerat, tunc servitutis jugum excusserunt.* Tempore quoque *Conradi*, qui bello Hungarico districtus erat, una cum Danis Saxoniam vastarunt magnam partem. *Henricus* itaque *Auceps*, Hungaris devictis, Boemos & Sorabos & ceteros Sclavorum populos, *uno grandi prælio*, ut citatus auctor libr. 1. 8. loquitur, *ita percussit*, ut ceteri, qui perpauci remanserant, & Regi tributum & Christianitatem promitterent. Ita tamen hac clade non fuerunt domiti, quin novum Ottoni M. exhibuerint negotium. Is ergo, ut refert *Helmoldus* cap. 9. *Danis, quorum Rex erat Haroldus, devictis, & ad Christianam fidem adductis, exercitum convertit ad subjugandos Sclavorum rebelles, quos pater ejus uno grandi prælio domuerat, ipse tanta deinceps virtute*

tute constrinxit, ut tributum & cristianitatem pro vita simul & Patria libenter offerrent victori, baptizatusque est totus gentilium populus. Verum non alia mente has pacis conditiones ipsos iniisse, quam ut, data occasione, illis se rursus liberarent, brevi post declararunt.

§. IV.

Nemo vero miretur, quod in testimoniis ex *Helmoldo* citatis, solorum Sclavorum, nulla autem Prussorum mentio fiat. Sclavorum enim nomine laudatum auctorem Prussos quoque intelligere, patet ex lib. I. cap. I. ubi, *Sclavorum*, inquit, *populi multi sunt, habitantes in littore Balthici maris;* & paulo infra: *Ad littus Australe Sclavorum incolunt nationes, quorum ab oriente primi sunt Russi, deinde Poloni, habentes a Septentrione Prussos; ab Austro Boiemos &c.* Quando itaque *omnes* Sclavi dicuntur victi, cur Prussi excipiendi sint, non video. Prussos itaque non a Boleslao Chrobrio, Poloniæ Rege, primum, sed jam ante à Germanis in tributariorum ordinem fuisse redactos, ab isthoc vero onere sub Othonibus II. & III. sese liberasse, compertum habemus. Otto enim II. bellis primum cum Lothario, Lotharingiam pomum illud ἔριδος, invadente, dein cum Basilio & Constantino VIII. partem inferioris Italiæ, quam Theophania ad Ottonem in dotem attulerat, repetentibus, impediebatur, quo minus dissitos populos in officio continere potuerit. Ottone item III. rebus Italicis implicito, commodam plurimi Sclavorum a tributi onere se liberandi occasionem nacti erant. Non multo autem post tempore ad tributum Polonis pendendum a *Boleslao Chrobrio* bello adacti fuerunt Prussi, cujus caussa erat, quod Christianam religionem admittere detrectaverant, atque celebrem Evangelii præconem, Adelbertum, crudeli affecerant morte, uti Scriptores Prussici atque Polonici passim referunt. Cetera bella, quæ ad Cruciferorum in Prus-

siam

ſiam ingreſſum inter Pruſſos atque Polonos vario Marte geſta ſunt, nunc, quia brevitati ſtudemus, prætermittimus.

PARS SECUNDA DE REBUS ET INCREMENTIS PRUSSORUM FIDELIUM.

CAPUT PRIMUM.

De Expeditione militum Teutonicorum in Pruſſos, horumque ſubjectione Imperio Romano-Germanico.

§. I.

Quando ante Cruciferorum tempora Pruſſi bellis fuerunt victi, nihil Victores egerunt aliud, quam ut victos ſibi redderant tributarios, atque ad Chriſtianam religionem recipiendam compellerent, cetera jura omnia victis relinquentes in ſolidum. Poſtquam vero ab Equitibus Marianis, qui ſunt Teutonici ordinis, ſubacti fuerunt, in ditionem ſimul Imperii R. Germanici tranſierunt. De hac itaque militum Teutonicorum in Pruſſiam expeditione breviter acturi, tempus quo ſuſcepta illa fuit, intactum relinquere non poſſumus. Recentiores enim ſcriptores in diverſas circa illud partes abire cernimus, aliis anno 1215. aliis 1223. aliis 1226. aliis denique 1230. Teutonicos Pruſſiam ingreſſos fuiſſe, aſſerentibus. Verum ante annum 1226. dictam expeditionem non fuiſſe ſuſceptam, ex eo clarum eſt, quod pacta cum militibus Teutonicis ad invadendos Pruſſos inita, confirmata demum ac rata fuerint habita anno 1226. 4. Junii, ut *Petrus de Dusburg Chron.* part. 2. Cap. 5. & *Waiſelius* teſtantur. Duravit hoc bellum quinquaginta tres annos, ut idem *Petrus* de

de Dusburg refert part. 3. Cap. 3. longiusque protractum esset, si conjunctis viribus se hostibus Prussi opposuissent, certisque conditionibus se tandem illis non subjecissent.

§. II.

Res est majoris momenti, ut inquiramus, quo Titulo, quove jure Equites Teutonici hanc expeditionem in Prussiam susceperint, quem in finem consultum erit, optimorum scriptorum testimonia adducere. *Petrus de Dusburg* in *Chron.* suo part. 2. Cap. 5. hac de re ita loquitur. *Hoc eodem tempore ordo domus Teutonica, per fratrem Hermannum de Salza, Magistrum ejusdem in multiplicatione fratrum, in divitiis, potentia & honore multum profecerat. Ita quod odor bonæ famæ ipsius longe lateque diffusus, tandem ad notitiam dicti Ducis* (Masoviæ Ducem, Conradum, intelligit) *pervenit; Hoc resedit in corde ejus divinitus inspiratum, quod dictos fratres vellet ad defensionem suæ terræ, fidei & fidelium invitare.* Æneas Sylvius *in Friderico III. duxit,* inquit, *Fridericus* (Secundus) *secum ex Asia fratres beatæ Mariæ Teutonicorum, quibus terram Pomeraniæ atque Prussiæ ex manibus infidelium, ne otiosam agerent vitam, dono dedit, quam si conquisissent, ita ab iis teneri voluit, quemadmodum Imperii Sacri meliores Principes sua Imperia possident, deque ea re literas eis tradidit, aurea bulla munitas.* Albertus Cranzius in sua *Vandalia,* lib. 7. cap. 27. ita scribit: *Obtinuitque Secundus Fridericus ab Honorio summo pontifice eum ordinem confirmari, deditque fratribus per germaniam disseminatis Prussiam provinciam, gladio ad Christiana sacra perpellendam:* Et paulo infra: *Dum ergo rebus Asiæ nullo sunt usui fratres, amplificandis in Prussia rebus intenderunt, & felici auspicio terram omnem sibi pararunt, populumque sacrum subire Baptismum coegerunt. Aucta est optimis incrementis ibi res Christiana, & usque ad Livoniam fratrum memoratorum est ditio propagata.* Verba Diplomatis,

quo

quo *Fridericus II.* Equitibus Ordinis Teutonici Prussiam invadendi potestatem fecit, uti ex *Melch. Goldasto Hartknochius, animadv. ad Chron. Petr. de Dusburg* part. 2. c. 5. refert, ex parte ita sese habent: *Proposuit* (Hermannus de Salza) *coram nobis*, quod devotus noster Conradus Dux Masoviæ & Cujaviæ promisit & obtulit ei providere, & fratribus suis, de terra, quæ vocatur Culmen, & in alia terra, inter Marchiam suam videlicet & confinia Prutenorum, ita quidem, ut laborem assumerent & insisterent opportune ad ingrediendum & obtinendum terram Prussiæ ad HONOREM ET GLORIAM VERI DEI.

§. III.

Id jam patet ex citatis testimoniis, milites Marianos a Conrado Masoviæ Duce contra Prussos in auxilium vocatos fuisse, ut *terras ejus defenderent*, proque opera præstita Culmensem tractum tenerent: an semper, an vero usque dum Prussiam occupassent? non inquirimus. De Prussia vero ex iisdem testimoniis simul apparet, dictos milites, Religionis propagandæ gratia, illam invasisse, hac conditione, ut tanquam feudum Imperii deinceps eam possiderent. An autem hoc justum fuerit bellum breviter indagare, non abs re erit. Illustris *Grotius* bellum juste suscipi asserit, ob injuriam factam, scilicet, ut hæc a nobis rebusque nostris arceatur, illa vero reparetur aut puniatur; *vid.* ejus J.B. & P. libr. II. 1, 2. Quæ hic alibique de bello ad pœnam sumendam gerendo habet, minus putamus accurate dicta. Pœna enim non sumitur nisi a Superiori, cui leges ferendi potestas competit: at vero bellum geritur inter æquales atque pares, ipso fatente *Grotio proleg.* §. 25. Vindictæ tamen, qua id agimus, ut hostis in eum redigatur statum, ne amplius nocere nobis possit, locum in bellis relinquere, nisi modus excedatur, non putamus injustum. Societatis enim humanæ atque pacis publicæ interest, ut quibus semel damnum

intulit, securos præstet in posterum, ne deinceps i
nocere queat. Ceterum recte illustris auctor affirma
ad nostra tuenda aut recuperanda, vel adquirenda qu
nobis debentur, licite bella geri, quorum prius bellu
defensivum, posterius *offensivum* dici vulgo consuevi
His positis asserimus, recte se defendere, qui ab ali
ad religionem, a quo abhorret, cogitur, cum Religio
si non pluris facienda quam vita atque bona nostra, ii
ad minimum æquiparanda sit; injuste vero alterum
cogi, ut religionem, quam pro vera non habet, am-
plectatur, quia nulla juris specie, ut id faciat, obliga-
tus nobis est, proindeque nullam injuriam nobis infert,
si religionem pro lubitu nostro amplecti recuset. Ta-
ceo nunc religionis, Christianæ imprimis, indolem
non esse, ut armis propagari possit aut debeat. Vid.
2 Cor. VI. 4. X. 4. Ephes. VI. 11. 12. Injustas hac de
caussa expeditiones Cruciatas fuisse, peculiari disser-
tatione ostendit Cl. *Buddeus*. Quæ nos autem hic dis-
seruimus, ita accipi volumus, ut liqueat non deteriore
Prussiam jure deinceps amissam fuisse, quam acquisita
fuerat ab Equitibus Teutonicis.

§. IV.

Ea autem conditione ordinis Teutonici militibus
Prussiam occupandi potestatem fuisse factam, ut tan-
quam feudum Imperii R. Germanici eam agnoscerent,
parique Jure, quo ceteri Principes, sua territoria te-
nerent, ex *Æneæ Sylvii* verbis, §. 3. citatis apparet. Li-
quet quoque illud clare ex Recessu Imperii Augustano
Anni 1500. §. 41. Weiter ist beschlossen, dieweil der Teut-
sche Orden allein von und auf die Teutschen gestifft, und dem
H. Reiche zugehörig, billig seye, ihn zu handhaben, auch
wiederum ziemlich und gleich, daß der Hochmeister in Lief-
land, mit dem das der Orden in Preussen und Liefland
habe, uns und das H. Reich, inmassen andere Fürsten des
Reichs thun, erkennen und ihre Regalien empfangen.
Darum sollen sie ihre trefliche Bottschafften mit vollmäch-
tigen

sigen Gewalt zu dem verordneten Reichs-Regiment gen Nurenberg schicken, ihre Beschwerung und Sachen fürtragen, auch Uns und das Reich mit Empfang ihrer Regalien erkennen. Inde est, quod Imperatores sua mandata ad Ordinis hujus Magistros miserint, hi vicissim ad comitia provocaverint sæpius. Habuit quoque Magister ordinis ad tempora usque *Alberti Brandenburgici* locum & suffragium in Comitiis: an unum an vero duo? disputatur. Posterius affirmat illustris *Coccejus*, J.P. cap. 18. 50. Quamvis autem Prussiam non Polonis, utpote qui, *fatente Conringio*, lib. 2. Cap. 29. 33. nihil antequam Ordines, & Civitates Prussiæ iis sese subjicerent, in illam juris habebant, recuperatam, sed Germaniæ a Marianis adquisitam asseramus; nulla tamen ratione, aut Imperii, aut Ordinis Teutonici prætensis adhuc in Prussiam juribus favemus. Utriusque Jus in Prussiam transactione Prussorum cum Casimiro IV. Rege Poloniæ, justissimisque Alberti Marchionis Brandenburgici cum Sigismundo I. pactis amissum fuisse, in sequentibus ostendemus.

§. V.

Inscriptio denique hujus Partis Secundæ postulat, ut de religionis negotio pauca dicamus. Sub Henrico Aucupe, Ottone M. aliisque Imperatoribus, Religionem Christianam receperunt quidem Prussi, sed vi coacti, quare commoda se offerente occasione rursus eam reliquerunt. Etsi quoque Poloniæ Duces, usque jam a Boleslao I. admodum fuerint soliciti, ut Prussos ad Religionem adducerent Christianam, incassum tamen laborarunt, cujus rei caussa non Prussis solum, sed & Clericis, est adscribenda. Videntur enim Prussi præ ceteris tenaciter adhæsisse Idololatriæ suæ, quia inter Septentrionales nationes ultimi fere deprehenduntur, qui religionem Christianam receperunt. *Helmoldus* enim, *Chr. Sclavorum* Lib. 1. C. 1. cum gentes, quæ ad Sclavos pertinebant, recensuisset; *Omnes*, inquit, *hæ*

regiones præter Prussos, Christianitatis titulo decorantur & paulo infra: *Multa poterant dici, de hoc populo, laudabilia in moribus, si haberent solum fidem Christi, cujus prædicatores immaniter persequuntur, unde apud illos Martyrio coronatus est illustris Boemiæ Episcopus Adelbertus. Usque hodie profecto inter illos, cum cetera omnia communia sint cum nostris, solus prohibetur accessus locorum & fontium, quos autumant pollui Christianorum accessu.* Sed & Clerici culpa non vacarunt, utpote qui ridiculis plane argumentis religionem Christianam gentibus commendabant, ferro ignito in manus sumto, aut brachio in ahenum bullienti aqua repletum absque læsione, quod facere physica arte noverant, immisso, similibusque usi fraudibus, de quibus probationum generibus vid. *Joh. Christoph. Becmann. in diss. Hist. Politica de Judiciis Dei. Anton. Thysius in Memor. Polydori Vergilii Histor. Anglic.* adjectis, *Boxhornius in Hist. Univ.* Instabilem itaque sedem apud Prussos Religio Christiana habuit, ad annum usque 1242. quo Prussia fere tota a Teutonicis subacta, Innocentius IV. Pontifex quatuor Episcopatus in ea instituit, Culmensem, Pomesaniensem, Warmiensem & Sambiensem, de quibus prolixe egit *Hartknochius, in diss. de Orig. Christ. Religionis in Prussia.*

CAPUT SECUNDUM.

De Translatione Prussiæ ad Regnum Poloniæ.

§. I.

Prussia Crucigeri sola non contenti, atque felici rerum successu elati, vicinorum quoque terras, modo artibus variis, modo aperta vi, ubi religionis prætextu uti non poterant, ad se rapere cœperunt. Fraudibus

audibus certe usos, fide omni post habita, Pomeraam eos primum suam fecisse, extra dubium est. ercede enim conducti ab *Uladislao Loctico*, Poloniæ ege, ut Marchiones Brandenburgenses Pomerania pellerent, ipsimet hostibus ejectis arcem Gedanenm atque totam Pomeraniam occuparunt, qua cum, retis etiam Pontificis monitis, excedere noluissent, ex Poloniæ anno 1328. a Carolo, Rege Hungaroum, genero suo, adjutus, bellum ipsis intulit, quod *Uladislaus* quidem fortiter gessit; Filius autem ejus, ut *romerus* lib. 11. testatur, *concubinarum amoribus & illecebris captus atque fascinatus*, contra patris voluntaem cum Crucigeris pactus est, omnique in Pomeraiam, Culmensem atque Michaloviensem tractum jure imperio se abdicavit.

§. II.

His rebus Crucigeri elatiores jam animis, Magiris ipsorum *Principis*, ceterisque *fratrum* loco, *Crucigerorum* titulum affectantibus, Lithuaniam, Regno Poloniæ tunc jam junctam, sola habendi cupiditate ann. 1403. invaserunt, sed diverso à superiori bello eventu. Uladislaus enim Jagello, Poloniæ jam Rex, etsi lacessitus, omnia tamen egit, ut bellum a se averteret, relicta Cruciferis in hunc finem tota Samogitia: ea vero cum non acquiescerent, atque Lithuaniæ præterea inhiarent, res in bellum erupit. Istud vero bellum, in quo vires Marianorum, clade imprimis ad Danneberam accepta, valde imminutæ fuerunt, anno demum 1436. inter Uladislaum & Magistrum Ordinis, *Rusdorffium*, compositum fuit, ita ut Regno Poloniæ subjici tum cœperint certe fundamentum ejus rei tunc jactum jam fuerit. Diploma Pacis refert *Prilusius* Cap. 3. *de Prov. Polon.*

§. III.

Attritis ergo superiori bello Viribus, quid erat Cruciferis consultius, quam nullas inter semetipsos

 fovere

fovere lites, & porro cum ſubjectis ſuis, quos multis injuriis affecerant, in gratiam redire? Ipſi autem e contrario non ſolum in factiones inter ſe diviſi fuerunt, ſed & dici non poteſt, quam inique, quam tyrannice ſubjectos ſuos magis magisque tractaverint. Non enim ſatis habuerunt ad injuſta eos bella pro ſe gerenda adegiſſe, & privilegia iis ademiſſe, ſed nec vitæ, famæ, honorique ipſorum parcere inſtituerunt. Legantur hac de re, apud *Schutzium*, gravamina, quæ Ordines Pruſſiæ anno 1454. contra Crucigeros publice ediderunt, ubi inter alia ſic conqueruntur: *Non ſolum Magiſter, ſed & ſui Commendatores, in nos deſæviendo, pleroſque ex nobis, nullo jure ſervato, capitibus plectunt, alios proſcribunt, alios bonis temporalibus mulctant.* Item, *& quod dictu nefas eſt, conjuges & filias noſtratum ſtupris & adulteriis violentis vitiarunt. In quosdam ex nobis ut trucidaremur, ut venundaremur, caperemur, dejectaremur, facultatem conferendo.* Omnia Chronica Pruſſica æque ac Polonica in eo conveniunt, impiam plane vitam duxiſſe Crucigeros, omneque jus & æquitatem ſusque deque habuiſſe. *vid. Chron. Waiſelii*, inde usque a pagina 144. ad p. 166. Summa itaque neceſſitate Ordines Pruſſiæ coacti, fœdus primum, quod Fridericus III. Diplomate publicato ratum habuit, ad arcendas Crucigerorum injurias inierunt; cumque nec hac ratione ad frugem redigere eos potuiſſent, Caſimiro IV. ſe in fidem tradiderunt. Oppoſuerunt ſe quidem Crucigeri, ſed bello, quod tredecim annos duravit, geſto, ita tandem, nomine totius Ordinis Teutonici, cum eodem Caſimiro pactus eſt *Ludovicus Erlichshuſius*, Magiſter, ut pars Pruſſiæ Occidentalis, quæ *Regia* ab hoc tempore dicta eſt, Polonis dederetur, partem autem Orientalem deinceps Crucigeri tenerent, ea tamen lege, ut ſemper in fide atque clientela Regum Poloniæ eſſent.

§. IV.

§. IV.

Diploma dictæ pacis, a *Prilusio cit. lib.* cap. 3. re-
tur, in quo *Ludovicus Erlichshusius* inter alia spon-
t: *Nos quoque & ordinem nostrum terris præfatis
merania, Culmensi & Micholoviensi, in perpetuum ab-
amus, & omnes inscriptiones, donationes, renuncia-
nes, cessiones, resignationes, confirmationes, privilegia,
strumenta, venditiones, emptiones, lauda, arbitria,
ntentias, pronunciationes, munimenta & decreta in
vorem nostrorum, & Ordinis super terris prædictis per
mmos Pontifices, Imperatores, Reges, Principes, Duces,
archiones, Comites, & quascunque personas Ecclesiasti-
s vel Mundanas cujuscunque conditionis, dignitatis,
æeminentiæ, vel tenoris existant, confectas, decretas &
ncessas cassamus, abolemus, extinguimus ac mortifica-
us, & illis pro Nobis, Successoribus nostris, & Ordine,
on per errorem, coacte aut improvide, sed libere & spon-
anee, ac de certa scientia perpetue cedimus & renuncia-
mus, & jus omne, quod nobis Magistro & Ordini in
ræfatis terris quomodolibet competebat, in Dominum
Kazimirum Regem & Regnum, Successoresque ejus Reges
Pol. perpetuo transferimus per præsentes, & militares No-
biles, Cives, Terrigenas, & quoscunque subditos Ecclesia-
sticos & seculares Terrarum, Civitatum, Districtuum, &
locorum ab omni nostra fidelitate, homagio, Subjectione,
Juramento & qualibet sponsione dimittimus & absolvi-
mus.* De Terris autem, quae sibi Teutonici retinue-
runt in Prussia, paulo infra habetur. *Cætera vero Ca-
stra, Civitates, Districtus, Fortalitia, Villas & Dominia
in Terris Prussiæ tam in terris, quam in aquis existentia,
videlicet Königsberg Castrum cum tribus Civitatibus &c.
nos Magister, Commendatores, & Ordo perpetuo & in
ævum quiete, & pacifice absque omni præfati Sereniss.
Domini Regis & Successorum suorum Regum & Regni Pol.
impedimento, perturbatione & molestatione possidebimus,
& illorum plenum habebimus usum & dominium.* Me-

retur tandem & hæc Ludovici Magiſtri promiſſio notari: *Tenebitur quoque nos Ludovicus Magiſter præfatus, & quilibet Succeſſor noſter, in officium Magiſterii aſſumptus, & aſſumendus, poſt ſex menſes a die aſſumtionis in Magiſterium, præfato Sereniſſ. Caſimiro, Regi & ſuis Succeſſoribus Poloniæ perſonaliter repræſentari, & illic pro nobis Commendatoribus & Terris, quas habemus in Pruſſia, ſibi & Succeſſoribus ſuis Regibus & Regno Poloniæ præſtare deditæ fidelitatis, & de obſervanda præſenti pace, & nunquam petenda abſolutione ſeu relaxatione Juramenti, nec conceſſa uti, aut concedenda, Juramentum; ac in præfati Domini Caſimiri Regis, ſuorumque Succeſſorum Regum Poloniæ ſiniſtra parte primarium habere locum & ſeſſionem.*

§. V.

Tria vero circa hæc, quæ modo recenſuimus, breviter examinanda nobis ſunt. Primum, an facultatem habuerint civitates Pruſſiæ, alteri ſe in ditionem tradendi? Dein, an Rex Poloniæ juſte eos in ſuam fidem recipere, & defendere contra Crucigeros potuerit? Et denique, an memorata pacta absque imperii conſenſu plane inita ſint? Quod ad primum attinet, nullam exiſtimamus ſubjectis alteri ſe ſubjiciendi facultatem relictam eſſe, niſi ſummæ neceſſitatis caſu, quando videlicet nec ſe, nec res ſuas conſervandi alia ratio ipſis ſupereſt. Nam in eum finem homines in Civitatem coiiſſe credendum eſt, ut vita atque res ipſorum in tuto ſint, quem ſi obtinere amplius non poſſunt, ratione naturali dictante, ſibi ipſis rurſus conſulendi poteſtatem habent. Ordines autem Pruſſiæ ſumma adactos neceſſitate Crucigeris denegaſſe obſequium, atque in fidem ſe Polonis dediſſe, ex iis quæ §. 3. diximus, apparet. Scriptum quoque incolarum Pruſſiæ, quo cauſas, cur injuſtum atque Tyrannicum Ordinis Teutonici jugum excuſſerint, exponunt, in eam rem legi meretur apud *Waiſelium* cit. l. aliisque. Omni itaque jure libertati ſuæ priſtinæ redditi, poteſtatem habebant,

qua poſſunt, optima ſibi ratione conſulendi. Tanto autem certius veriusque de Pruſſis id aſſeri poteſt, quia ſolo belli jure non erant a Crucigeris ſubacti, ſed certis conditionibus ſe iis ſubjecerant; quæ cum non ſervarentur, ſuis quoque promiſſis ut ſtarent, non erant amplius obſtricti. Circa alterum quæſitum, primum obſervari velim, Caſimirum non prius ordines atque civitates Pruſſiæ in fidem recepiſſe, quam Crucigeris denuo admonitis, ut cum ſubjectis ſuis ſe reconciliarent. Id vero cum præfracte negarent illi, optimo jure Pruſſiæ incolas tanquam a Crucigerorum aliorumque Jurisdictione liberos juſte recipere, atque eos deinceps ut cives ſuos defendere potuit. Quin alienorum quoque Subjectorum defenſionem licite ab aliis ſuſcipi eodem caſu, quo ipſi immanem Superiorum ſævitiam armis recte ab ſeſe amoliri poſſunt, aſſerimus cum *Puffendorffio* lib. 8. 6. 15. atque *Grotio* J. B. & P. cap. 25. §. 3. Hujus licet tamen argumentis non in omnibus ſubſcribamus. Absque conſenſu denique Imperii pacta commemorata fuiſſe inita, niſi fallor, dici non poteſt. Cum enim pacta illa Imperium non ignoraverit, nec tamen, cum potuiſſet, contradixerit, utique conſenſiſſe cenſendum eſt. vid. *Grot.* libr. 11, 4, 5.

CAPUT TERTIUM.

DE

Mutatione Pruſſiæ Orientalis, quam Transactione cum Caſimiro facta Teutonici ſibi retinuerant, in Ducatum Hereditarium.

§. I.

Pacem ſanctiſſimo modo cum Caſimiro initam inviolate ſe ſervaturum promiſit Erlichshuſius, hoc, cujus formula in dicta pace ipſi atque Succeſſoribus ejus præſcripta erat, jurejurando præſtito. *Ego Ludovicus Ma-*

gister Generalis Ordinis sanctæ Mariæ Teutonicorum, Princeps & Consiliarius Regni Poloniæ, juro, quod ab hac hora & deinceps, fidelis ero Serenissimo, Principi Domino Casimiro Regi & Successoribus suis Regibus, & Regno Poloniæ, & profectum illorum fideliter procurabo, & negotiis Regis & Regni fideliter consulam, pacem præsentem in omnibus suis conditionibus observabo & custodiam. Sic me DEUS adjuvet & Sancta DEI crux. Qui Ludovicum secuti sunt, Henricus Plaviensis, & Henricus Richtenbergius, inter primas sui muneris curas nihil prius, nihilque antiquius, habuerunt, quam ut Polonos agnoscerent Dominos suos, debitumque iis fidelitatis præstarent jusjurandum. Tertius ab Erlichshusio Magister, Martinus Truchsessius, difficultatem quidem initio movit, Matthiæ Hungarorum Regis auxiliis fretus, animum tamen, a Legato Hungarico, quod Rex suus non commissurus sit, ut injustam causam tueretur, admonitus, mutavit, seque non minus ac Decessores sui fidelem Polonorum Clientem policitus est. Vid. *Cromerus* lib. 29. Johannes Tiffenius, qui ei proxime successit, qua erat probitate atque justitia, nullam fecit moram, quo minus officio suo erga Polonos satisfaceret, Regemque Poloniæ in bello contra Wallachos, tanquam Cliens fidelis, secutus fuit.

§. II.

Johanne Tiffenio in expeditione contra Wallachos mortuo, Crucigeri, quos Transactionis cum Polonis factæ, jam diu pœnituerat, omnem moverunt lapidem, ut Polonorum se juri ac tutelæ subtraherent, eumque in finem non sui Ordinis socios amplius, sed potentes Imperii Principes, Magistros sibi eligere, consultum duxerunt. Ordinis itaque Teutonici Magistrum constituerunt Fridericum, Georgii atque Henrici, potentium Saxoniæ Ducum, fratrem. Is auxilii, quod a Fratribus, aliisque Imperii Principibus, exspectabat, spe nixus, fidem, ut Clientem decebat, jura-

ta

to Polonis adstringere detrectavit. Ne rerum vero gerendarum nervus sibi deesset, de ærario fuit sollicitus, duabus optimis, ut ajunt, Commendis publicum in usum reservatis, & vectigalibus eundem in finem constitutis. Sed frustra tandem exspectatis suppetiis, atque potentiæ Polonicæ impar, ad Patruelem, Ernestum, Archiepiscopum Magdeburgensem, se contulit, a quo Coadjutor assumtus, sed ante eum in arce Rochlitiana hydrope extinctus est anno 1510. ut testatur illustris *Seckendorffius in Hist. Luth.* lib. 1. 61. 171.

§. III.

In Friderici locum surrogatus fuit Albertus Marchio Brandenburgicus, Friderici ditionum Brandenburgicarum in Franconia heredis filius, Joachimi I. Electoris atque Alberti, Moguntinensis primum, dein & Magdeburgensis Episcopi, patruelis. Is, qua præditus erat virtute, incitatus, atque tam potentium, quos modo diximus, propinquorum suffultus patrocinio, jusjurandum fidelitatis Polonis recusavit, atque Ordinem suum contra eos singulari ardore animi defendere conatus fuit. Certe quantam Teutonicorum rerumque ipsorum curam gesserit, ex eo apparet, quod affinitatis jure, quo Regi Poloniæ Sigismundo junctus erat, posthabito, partes Teutonicorum tueri voluerit. Mater enim Alberti fuit Sophia, Casimiri IV. Filia, Sigismundi Soror. Nec armis, quæ Sigismundus, omnibus viis pacis conservandæ frustra tentatis, contra eum sumsit, deterreri potuit, quo minus fortiter Avunculo suo se opponeret. Utque bellum hoc persequi posset, accepta pecuniæ summa, non solum Magistrum Ensiferorum in Livonia a Teutonicorum jurisdictione liberum pronunciavit, sed & proprio suo patrimonio, ut militem conscriberet, libertatemque Ordini suo recuperaret, non pepercit. Gravi autem bello per biennium gesto, cum Poloniæ Regi imparem se videret, Georgii Marchionis, fratris sui inter-

interventu, quatuor annorum inducias anno 1521. pepigit. Vid. *Sleidanus* lib. 5. in fine, & illustr. *Seckendorffius* lib. 1. 61. §. 171.

§. IV.

Durantibus illis induciis iter suscepit Albertus ad Comitia Nurenbergensia, ut Imperii Principes ad auxilium sibi ferendum incitaret. Imo Cæsarem non minus, quam Pontificem R. adeo obnixe sollicitavit interea, ut ambo sollicitationum pertæsi, Albertum ad fidem Polonis servandam adhortati fuerint. Legi hac de re merentur Caroli V. & Leonis X. ad Albertum literæ, quas recenset *Prilusius* lib. cit. cap. 3. Cum itaque induciæ exirent, Albertus vero omni destitutus auxilio, Polonorum gratiæ atque arbitrio relictum se videret, *pacem cum Polono fecit*, ut *Sleidanus* loquitur *cit. loc. eique fidem dat, ut præcipuo suo Magistratui, & simul Evangelii doctrinam suscipit, & Prussiam sibi vindicat, ita ut, qui fuerat ante Magister, jam de voluntate Regis, Dux Prussiæ salutaretur.* Inaugurationem Alberti in Ducatum Prussiæ, ut legitur in Diplomate, quod *Prilusius* cit. loc. recenset, ita constituit Rex Poloniæ: *Gratificari accommodare volentes dicto illustri Principi, Domino Alberto Marchioni Brandenburgico, uti Nepoti nostro ex Sorore Carissimo, ejusque Domui de Onspach, annuimus non gravatim precibus ejus Illustritatis & subditorum ipsius, illique & ejus veris masculini generis & legitimis feudi heredibus, ex lumbis ejus procedentibus, Terras, Civitates, Oppida & Arces infra rescriptas in perpetuum & indivisum feudum dedimus, & concessimus, & ipsum de illis per vexilli nostri traditionem investivimus, videlicet arcem Königsberg &c.* Quæ vero ratione successionis, paulo infra prolixe habentur, huc redeunt, ut nempe Alberti familia extincta, Georgius ejus frater, cum suis masculis & legitimis heredibus, his vero deficientibus, Casimirus frater natu maximus, atque huic Johannes ejusque heredes succedant, omnibus

vero his quatuor familiis extinctis, Ducatus ad Re-
atque Regnum Poloniæ rursus devolvatur ac re-
.

§. V.

Ex dictis, opinor, abunde liquet, Albertum, egre-
m, si nimium ejus in Ordinem Teutonicum amo-
n excipias, Principem, non tam propriæ utilitatis
dio impulsum, quam summa necessitate, ut condi-
nibus, quibus potuit, cum Sigismundo pacisceretur,
sse coactum. At vero extremæ necessitatis casum
ni jure cuique sibi ipsi consulendi potestatem face-
praecedenti capite a nobis evictum putamus. Certe
n habent, quod aut Imperium, aut Ordo Teutonicus
Alberto conquerantur. Imperium enim, post Cru-
gerorum perpetuam pacem, Thorunii Anno 1466. cum
lonii initam, jus suum, si quod habuit, in Prussiam
nisisse, superiori capite diximus; ut adeo *Stanislaus*
scus, in egregia Oratione ad Imperii Ordines, quam
idanus recenset lib. 10. non immerito quærat: *Quid*
ris habent ii, qui proscripserunt, in Clientem Alienum?
uin ipse quoque *Carolus V.* Albertum tandem Du-
m Prussiæ ultro agnovit, quando pactis cum Rege
aniæ anno 1544. initis, eum nominatim tanquam
ussiæ Dominum comprehendi permisit. Vid. *Godfr.*
Vilh. Leibnizii Cod. Juris Gentium dipl. part. 2. dipl. 43.
eutonici vero in hunc finem Albertum evocaverant,
t Ordinem suum a vinculo, quo Polonis obstrictus
rat, liberaret; quod autem voti sui non fuerint com-
otes facti, non Alberto, sed justo Dei judicio impu-
ent. Quid ergo? Vitione vertendum Alberto, quod
russiam ab Avunculo suo in Ducatum acceperit?
antum id abest, ut potius magna pars Crucigerorum,
& Civitates Prussiæ Regi Poloniæ gratias egerint, quod
am benigne erga eos se gesserit, quos ut fœdifragos
onis vitaque exuere potuisset.

§. VI.

§. VI.

Eodem tempore autem, quo Prussia in Ducatus formam redacta fuit, Religio quoque Christiana, quam ab Ordine Teutonico in Prussia stabilitam supra diximus, meliorem accepit rerum faciem, atque ab erroribus, Alberti Ducis auspiciis, repurgata fuit. Postquam enim Albertus in Itinere suo Norimbergam faciles Luthero aures præbuisset, Johannes Prismannus, insignis Theologus, ad Prussos se recepit, ut ipsorum animos puriori doctrina imbueret: nec irrito successu. Albertus enim Dux Prussiæ tandem factus, cum videret suos cives veritatem lubentes admisisse, ultimam salutari huic rei manum admovit, atque puriora sacra in publicas recepit aut induxit Ecclesias. Cumque linguarum aliarumque literarum humaniorum ignorantiam foecundam esse errorum matrem, videret, Anno 1541. Academiam Regiomontanam, in qua non minus dictæ literæ, quam Theologia, ex puro Scripturæ S. fonte, exponerentur, instauravit.

CAPUT QVARTUM.

De

Mutatione Prussiæ Ducatus in Ducatum Liberum.

§. I.

Prussiæ Ducatum Albertus, quo eum acceperat, jure Feudali, annos circiter quadraginta tres satis tranquille possedit, nisi quod Religionis repurgandæ negotio ut plurimum fuerit occupatus. Successit ei Filius unicus, Albertus Fridericus, qui fidelitatis jurejurando præstito, legitimus Ducatus Prussiæ Heres anno 1569. a Rege Poloniæ ritu solemni declaratus fuit. Cum vero præter hunc Albertum Fridericum, ejusque Patruelem, Georgium Fridericum, ex Domo Onolsbacensi

censi superesset jam nemo, illis ergo mortuis Ducatus Prussiæ, vi pactorum inter Sigismundum I. atque Albertum initorum, Regno quidem Poloniæ rursus debuisset jungi; Sed Joachimus II. Elector Brandenburgicus novis tunc pactis obtinuit, ut in Electoralem quoque Familiam Jus in Ducatum Prussiæ succedendi collatum fuerit. Alberto itaque Friderico, atque Georgio Friderico, Patruelibus jam mortuis, cum nullos legitimos reliquissent heredes, Joachimus Sigismundus jure, quod Avus ejus acquisiverat, in Ducatum Prussiæ successit, obtinuitque præterea a Sigismundo III. Rege Poloniæ, ut tribus suis Fratribus Jus Successionis in Prussiam quoque competeret. Joachimum Sigismundum, Georgius Wilhelmus excepit. Qui vero hunc insecutus est, *Fridericus Wilhelmus Magnus* promeritus est, ut ei Casimirus, Rex Poloniæ, summum in Prussiæ Ducatum Imperium obtulerit, cujus rei occasio atque pacta ex parte nunc exponenda nobis erunt.

§. II.

Quod ad occasionem hujus negotii attinet, quia bellum inter Carolum Gustavum Sueciæ, atque Casimirum Poloniæ Reges eam dedit, res paulo altius repetenda erit. Ab eo nempe tempore, quo Sigismundus III. a Suecis Regno fuit pulsus, quod contra leges Regni Pontificiam Religionem in illo stabilire denuo & identidem moliretur, perpetuo inter Suecos atque Polonos lites extiterunt. Quia enim Sigismundus injuriam, quam sibi illatam putabat, ulcisci studebat, inter ipsum & Carolum IX. qui ejus loco primum Administrator, dein Rex Sueciæ fuit creatus, bellum primo ortum, continuatumque dein fuit sub Gustavo Adolpho, ad annum usque 1629. quo induciæ sex annorum pactæ primum, sed quæ a Christina in viginti sex annos postea prorogatæ fuerunt. Nondum vero finitis illis induciis, Rex Sueciæ Carolus Gustavus Casimi-

ro Regi Poloniæ, quod, cum ipse Rex Sueciæ eligeretur, per legatos ille se acriter opposuisset, sibique Regnum denuo petiisset, bellum intulit.

§. III.

Magnum sic Ducatui Prussiæ imminebat periculum, quod ut averteret Fridericus Wilhelmus, pacem, cujus erat præ ceteris studiosus, inter Suecum & Polonum, frequentibus ad utrumque legationibus decretis, procurare atque conservare vehementer laboravit. Quicquid tamen ageret, impedire non potuit, quo minus res anno 1655. in nervum eruperit. Inchoato autem bello, ita se gessit Magnanimus Elector, ne Sueciæ Regem irritaret, nec contra fidem, quam Polonis debebat, quid committeret; cujus rei indicium est, quod Casimirus durante hoc bello, per *Johannem Tonscium* Electori supremum in Ducatum Prussiæ obtulerit Imperium. Vid. *Illustr. a Puffend.* de *Rebus Gestis Friderici Wilhelmi Magni* libr. 5. §. 61. Omnem interea lapidem movebat Rex Sueciæ, ut Electorem in suas pertraheret partes, quod cum promissis efficere non potuisset, exercitu in Prussiæ Ducatum misso obtinuit. Tempori enim Elector cedendum ratus, fœdus cum Rege Sueciæ iniit, quod premente necessitate factum fuisse, ipse Casimirus in prooemio Diplomatis, quo supremum Electori in Ducatum Prussiæ altera vice concessit imperium, publice agnovit.

§. IV.

Partes autem Suecorum, Elector, non alia se mente fuisse amplexum, quam ut pax tanto citius restitueretur, brevi post declaravit. Cum enim Regi Sueciæ crederet satisfactum, & is tamen, æquis conditionibus oblatis, bellum componere detrectaret, relictis Suecorum partibus, Polonis se adjunxit, nec irrito successu. Non multo enim post, anno scilicet 1660. pax inter Suecos atque Polonos Olivæ fuit inita, iis Legibus, ut Casimirus, quod in Sueciæ Regnum, Poloni vero,

vero, quod in Livoniam prætendebant, Jure sese abdicarent. Ut itaque Poloni gratum erga Electorem animum testarentur, supremum, quod jam ante ei obtulerant, in Prussiæ Ducatum Ius atque Imperium confirmarunt. Diploma pactorum ea de re inter Polonos atque Electorem initorum, laudatus *Puffendorffius* libr. 6. §. 78. exhibet, ubi inter alia ita, de Prussiæ Ducatu, Rex atque Populus Poloniæ constituunt: *Ducatum Prussiæ iis finibus circumscriptum, quibus Serenissimus Elector illum Jure Feudali, ante bellum exortum, possidebat, ipse deinceps & descendentes ejusdem masculi, ex thoro ejus legitime procreati indeque descendentes omnes, donec quispiam supererit ex descendentibus masculis suæ Serenitatis Electoralis, Jure supremi Dominii, cum summa atque absoluta potestate, sibi habebunt, possidebunt, regentque absque omnibus ante hac præstitis oneribus.*

Quamquam vero Serenissimus Elector, ejusque descendentes omnes Masculi, omni prorsus Vasallagii nexu, quo hactenus Regi & Reipubl. Poloniæ obstricti fuerant, iisque omnibus, quæ inde dependent, liberentur: non tamen perpetua feudi alienatio inde sequetur, sed deficientibus Masculis ex prænemorata linea legitima Electorali descendentibus, Serenissimis Regibus & Reip. Poloniæ, jus suum integrum in præfatum Ducatum reservatur, & tali pacto præfatus Ducatus a Republica Poloniæ non avelletur; Quæ tamen reservatio interim ante casum existentem, Juri supremi Dominii Serenitatis suæ Electoralis, ejusque descendentium, nullo modo præjudicabit.

Promittit etiam sua Regia Majestas, tam pro se, quam pro Successoribus suis, se in casu non existentium descendentium, specialem habituros rationem Agnatorum Serenitatis suæ Electoralis, nimirum Domus Culmbacensis, & Onolsbacensis, & officia collaturos apud Regni Comitia, ut casu caducitatis existente, etiam illi aliis præferantur, & ad Successionem præfati Ducatus admittantur,

tur, ſub iisdem feudi conditionibus & obligationibus, quibus antehac Sereniſſimus Elector, ejusque Anteceſſores, illum vigore inveſtituræ poſſederunt.

§. V.

An vero Elector ejusque Poſteri, ſupremo in Ducatum Pruſſiæ jure accepto, jus indigenatus, h. e. jus Suffragii in Comitiis Polonicis, ubi unius diſſenſus totum negotium irritum reddere poteſt, amiſerit, id illo tempore, quo Ludovicus, Electoris filius, Ludovicam Charlottam unicam Bogislai Radzivilii Ducis Filiam in matrimonium petiit, diſputatum fuit. Poloni ea de cauſa id aſſerebant, ut Elector & ejus Poſteri pro extraneis haberentur, atque ideo, ſi iis nuberent indigenæ in Lithuania feminæ, bona ſua hereditaria illæ ſecundum conſtitutionem Gentis amitterent. Verum jus illud indigenatus ab Alberto usque I. Ducibus Pruſſiæ, vi pactorum anno 1525. item 1611. initorum, ſemper competiiſſe, ut indubitatum aſſumimus. Neque Fridericus Wilhelmus, per Supremum, quod in Ducatum Pruſſiæ obtinuit, Imperium, id amiſiſſe putandus eſt. Quamvis enim hac ratione, Pruſſia vinculo Feudali fuerit ſoluta, non tamen a corpore Reipublicæ plane fuit alienata, ut ex verbis Diplomatis, quæ §. præced. citavimus, apparet. *Vid.* ea de re *Puffend.* lib. 18. 30.

CAPUT QVINTUM.

De

Mutatione Ducatus Pruſſiæ in Regnum.

§. I.

Pruſſiæ Ducatum FRIDERICUS WILHELMUS MAGNUS ad ſummum perduxerat Juris ſupremi faſti-

fastigium, atque potestate in eum Ducatum gaudebat Regiæ pari, nisi quod Titulus Honorque ei deesset Regius. Hic itaque Honoris cumulus, ut Prussiæ Ducatui accederet, FRIDERICUS I. REX PRUSSIÆ summæ suæ, qua Majorum suorum gloriam non solum conservare, sed & augere studet, curæ relictum putavit. Id autem dum animo volveret, non immerito primum de voluntate atque consensu Imperatoris sollicitus fuit, utpote sine quo tantum negotium perfici facile non poterat. Ut enim alios nunc prætercam, Carolus quoque Audax, ultimus Dux Burgundiæ, ita senserat. Is enim cum magna flagraret cupiditate, ut Regia, qua ejus Majores jam usi fuerat, dignitate rursus potiretur, Friderici III. Imperatoris consensum sibi primum impetrandum esse duxit. Desiderium itaque suum Imperatori, qui tunc Treviros venerat, proposuit, Filiamque, quam habebat unicam, Maximiliano illius Filio in matrimonium obtulit, si petitis annuere vellet. Verum cum Imperator, a Rege Franciæ, ut credebatur, instigatus, consentire noluisset, neque Carolus Audax, illius consensu deficiente, Regem se appellare ausus fuit. Certe quantum momenti Carolus in consensu Imperatoris ad hoc negotium perficiendum posuerit, ex eo apparet, quod cum omnia jam ad Coronationem peragendam parata essent, Imperatore dissentiente, a cœpto destiterit. *Thomas*, tunc temporis Episcopus *Trevirensis*, *Jacobo Meyero*, *Boliolano Annal. Rer. Flandr.* lib. 17. referente, ita hac de re scribit: *Ut antiquum Burgundiæ Regnum, per multas Principum successiones oppressum, & pene exstinctum & obliteratum denuo instauraret, & non Dux amplius, sed Rex Burgundiæ, appellaretur, magna prosecutionis instantia apud Imperatorem & ejus nobiles institit. Corona, Sceptrum, vexilla, vestesque ad Regium Ornatum Treviris jussa fieri: & jam Throni in Templo majore facti, & sedilia, omniaque parata, quæ ad coronationem & sacrationem*

tionem Regis eſſent neceſſaria. Datum negotium Georgio Epiſcopo Metenſi, ut ſacrum faceret, unctionisque officium compleret. Imperator promiſerat Regem ſe creaturum. Sed nolite confidere in Principibus. Repente mutatur Imperator: poſtero die, ne Carolo quidem valere juſſo, diſceſſit, nec promiſſis ſtetit, maleque ſarto fœdere abiit, & petiit Coloniam, ſedandæ diſcordiæ inter Archi Epiſcopum & Civitatem: Unde non mediocriter Carolus turbatus. Confer. *Mezeraus* Tom. II. ad annum 1473.

§. II.

At vero Potentiſſimus noſter FRIDERICUS, Imperatoris conſenſu impetrato, tum demum die octavo decimo Januarii 1701. Coronationem ſuam Regiomonte peragi curavit, cujus Solennia deſcripſit Vir Generoſus, *Johannes a Beſſer.* Omnibus aliis applaudentibus, Pontifex quidem Romanus, atque Ordo Teutonicus huic Coronationi ſe opponere auſi ſunt; Sed impudentiam Pontificis, Vir. Cl. *Joh. Petrus Ludovicus, Prof. Hallenſis* libro, qui Inſcribitur, Påbſtlicher Unfug wider die Crone Preuſſen, ex Hiſtoriis & Juris Canonici Scriptoribus ſolide refutavit. Ordinis quoque Teutonici gravaminibus idem auctor reſpondet in libello, cui titulus: Verthådigtes Preuſſen, wider den vermeynten und widerrechtlichen Anſpruch der Teutſchen Ritter-Ordens, und Gravamen über die Kőnigliche Würde zu Preuſſen. Nos quoque in hac noſtra diſſertatione oppoſitionibus Teutonicorum inter alia obviam ire pro virili ſtuduimus. Qui noſter conatus, ſi Lectori benevolo minus arrideat, pietatem magis in Regem declarare, quam eruditionem oſtendere nos voluiſſe ſaltem exiſtimabit.

XVIII.
Sinnreiche Gemählde, welche auf der Königsbergischen Kaufmanns-Börse zu sehen sind, zusamt ihren Ueber- und Unterschrifften.

Als Anno 1624. bey denen damaligen guten Zeiten, die Königsbergische Kaufmannschaft, auf der grünen Brücke, eine neue Börse bauen lassen, hat man dieselbe nicht nur mit unterschiedlichen Statüen und Schnitzwerck von draussen auszieren, sondern auch inwendig die Decke mit sinnreichen Gemählden ausmahlen lassen. Der Mahler hat Greger Singknecht geheissen, ein Holländer, dessen Mahlerey nicht gemein ist. Die Emblemata aber, zusammt ihren Ueber- und Unterschriften, hat der damalige gelehrte Professor Eloquentiæ, M. Samuel Fuchsius, inventiret, welche den Lauf der Welt, und die Eitelkeit aller menschlichen Bemühungen anzeigen. Nachdem nun A. 1729. die itzige splendide Kaufmanns-Börse wieder ist erbauet worden, sind diese, durch die Länge der Zeit, von der Luft und Regen ziemlich ruinirte Bilder wieder repariret, und von Johann Friedrich Bayern, aufs neue übermahlet, auch in ihrer Ordnung, anders als ehmals, rangiret worden: Wie denn auch die ehmalige nerveuse Ueberschriften sind wegge-

lassen worden, welche wir aber, weil sie zum Verstand der Bilder gehören, dem Leser aus einem alten Manuscript mittheilen wollen. Die Gemählde bestehen itzo aus 60. Feldern, welche folgende Dinge vorstellen.

1.

Eine Jungfrau hält in der rechten Hand ein Hertz. Neben ihr stehet ein Engel, der aus einem Beutel güldne Müntzen ins Hertz schüttet, die alle miteinander, durchs Hertz, in einen unten stehenden Kasten fallen. Noch ist zu sehen ein Frauensbild, so in der Rechten ein Hertz hat, darinn das Kreutz Christi mit seinem Leichnam stecket; mit der lincken Hand hält sie ein Schwerdt, dessen Spitze nach der Erde gerichtet ist, und mitten aus der Klinge gehen Feuer-Flammen hervor. Zu ihren Füssen liegt der enthauptete Johannes.

Genügen ist Reichthum.

Reichthum steht nicht in vielem Guth
sondern in ein'm genügten Muth
die Gnüg ist Christus, wer ihn hat,
der tödt die Begierd, wird ewig satt.

2.

Ein offener Saal, aus dessen Thür ein Monstrum kommt, dessen Haupt als ein Bären-Kopf gestaltet ist, darauf ein Hut mit der Feder stehet. An statt der Füße hat es eiserne Schrauben, wie unter den Ofen zu stehen pflegen; ist umgürtet mit einem Degen; am Halse

trägt es eine güldene Kette, und das schwar-
Wammes ist mit Gold gezieret. In der ei-
n Hand hält es zwey güldne Pocalen, und
ägt auf der rechten Achsel zwey steinerne Häu-
:. Soll einen bösen Procurator abbilden.
raussen zancken sich zwey Männer. Unweit
von beißt ein Hund den andern. Der Mond
heinet in einem Topf.

Mancher meynet er habe Milch im Topf so scheinet ihm nur der Mond hinein.

Thu nicht für Gericht arglistig laden
dein'n Nechsten, dir möchst selber schaden
und überkommen schlechten Lohn,
ein'n leeren Beutel, Spott und Hohn.

3.

Ein Adler, so vom Altar ein Stück vom Opfer-Fleisch geraubet, und unversehens eine glüende Kohle mit ins Nest genommen, worinn er zu sammt seinen Jungen verbrennet.

Wie wirs treiben, so gehts.

Ein Adler Fleisch vom Altar nahm
eine glüende Kohl er mit bekahm,
damit er Nest und Jungen verbrennt,
was Christo geraubt all Nahrung schwendt.

4.

Eine offene Kirche, da vor dem Altar ein armer, doch bußfertiger Mensch kniet, der seine Augen auf den gecreutzigten Heyland richtet. Hinter ihm kniet ein Reicher, der bethet zwar mit dem Munde; seine Augen aber sehen nicht auf Christum,

Christum, sondern fliegen herum, bald auf sein
Schiffe, die auf dem Wasser daher seegeln, bal
auf den Garten, Speicher, Waaren, Hauß un
Frau.

Wo mein Hertz, da mein GOtt.

Der reich' Mann beth zwar mit dem Mund
geht aber nicht von Hertzen Grund;
der Arm wendt gantz sein Hertz zu GOtt
und kommt zu Gnad, jener zu Spott.

5.

Ein Krahn, damit allerhand Waaren aus den Schiffen gewunden werden; dabey stehet ein Pohle, Holländer, Engelländer und Deutscher, die untereinander handeln.

Mangel bringet und verbindet die Leute zusammen.

Wenn jedes Land hätt alles vollauf,
so gieng gantz unter aller Kauf,
kein Einigkeit auch würde seyn,
der Mangel bringt Kauff und Friede ein.

6.

Vier am Tisch sitzende Männer, Sohn, Vater, Groß-Vater und Elter-Vater. Die drey erste spielen in der Karte. Der Elter-Vater aber siehet nur zu. Der Sohn hält das Glas und der Groß-Vater schenckt aus einer Flasche Bier ein.

Auch bis aufs vierte Glied.

Wer da viel spielt, nimmt an der Haab
von Jahr zu Jahr gewaltig ab,

wird

wird gar zum Bettler, und zuletzt
sich Jedermann zum Spiegel setzt.

7.

Das Wetter schlägt in ein Schloß und hohen
elsen; imgleichen in einen Baum, auf welchen
n Mann gestiegen, daß der Ast bricht, und der
lensch herunter fällt.

Streb nicht nach dem, was dir zu hoch ist.

So viel du magst, leb still vor dich,
nach hohem Stand dich sehne nicht,
in Schlösser schlägt der Donner-Knall
auch in die Berg; verschont den Thal.

8.

Der Neid, in Gestalt eines magern Weibes,
das Hertz sich naget, und Schlangen an statt
er Haar hat. Zu ihren Füßen sitzt der Gott
Mars; gegen über zwey Weiber, die sich unter
inander zancken.

Vor Boßheit kanst du nicht genesen.

Mißgunst erreget Krieg und Streit,
da läufft viel Ungerechtigkeit
mit unter, Unruh, falsch Geschrey,
Bitterkeit und Boßheit mancherley.

9.

Die Welt, in Frauens-Gestalt, mit einem
Pfauen und Spiegel. Ein Kind mit einer
Wasser-Blase.

Er kan dem Himmel nicht pochen.

Der Mensch ist weis' und wohlgelehrt
der seine Gedancken zum Himmel kehrt,
den Narren verführet der Welt Stand,
der nichts ist, denn nur Staub und Sand.

10.

Ein grosser mit Ducaten angefülleter Kasten, bey welchem ein alter grauer Mann stehet mit einem Ancker, worauf er sich gelehnet hat. Der Teufel unweit davon spottet des Geitzigen, und zeiget ihm die Feigen. Rund um ist allerhand Geschmeid und Silber-Geschirr zu sehen.

Welt-Narren pochen hierauf.

Wenn nun Kist und Kast ist gefüllt,
und hast alles, was du nur willt,
bewahr dich wohl; der ist ein Jeck
der sich verläßt auf gelben Dreck.

11.

Aus einer Hütte kommet ein Mann, auf dessen Haupt eine Schüssel mit Fische stehet, über welche sich eine Katze her machet. Ein thörichter Jüngling mit Esels-Ohren streuet aus dem Beutel die Ducaten auf die Erde; welche Bachus und Venus auflesen. Hinter der letztern stehet der geflügelte Cupido. Unweit davon laufen in das Getreyde wilde Schweine es zu verderben.

Ein Spaarer will einen Zehrer haben.

Herr Felix der lang hat gewart
auf dieses Filtzes Himmelfahrt,
der praßt jetzund mit freyem Muth.
Venus und Bachus nimmt das Guth.

12.

Zwey höckrigte Menschen, die einander mit Fingern ihren Höcker zeigen und vorwerffen.

Du

Du siehest meinen, ich den deinen, besser wäre es, ein jeder sehe den seinen.

Ein jeder beschick sein eigen Land,
laß fremden Acker unumgewand,
und mach für seiner Thür allein
mit einem scharffen Besem rein.

13.

Ein Hauß in welches die Diebe einbrechen; im Wald schlägt einer den andern todt; im Bett eine Weibs-Person mit ihrem Buhlen, wobey ein schlafender Hund liegt. Oben in der Lufft ein hellstrahlend Auge.

Das Feld hat Augen, die Winckel, Wälder und Wände Ohren.

Wohin du siehst, wohin dich kehrst,
da ist GOtt selbst, wie dus erfährst,
die Sünd ist ihm verborgen nicht
wenns schon heimlich im Winckel geschicht.

14.

Ein am verdorreten Baum, in zerrissenen Kleidern sitzendes verarmtes Weibs-Bild, zu dessen Füssen allerhand umgeworffen Geräthe lieget.

Das Blat hat sich umgekehrt.

Das Blat hat sich recht umgekehrt,
nun ist mir aller Pracht verwehrt;
GOtt legt an die Bäum sein Axen
die ihm in Himmel wollen wachsen.

15.

Die Königsbergische Gegend bey der grünen Brücke; allda stehet eine Kaufmanns-Frau, die

die mit Pohlen und Holländern über Flachs, Hanf, und dergleichen Waaren handelt. Ein Mann so Scheer und Hammer in der Hand hält; neben bey ein Brandweins-Grapen, und offene Heerings-Thonne.

Bleib in deinem Beruff.

Ja dreyzehn Handwerck, wie man spricht,
dem mangeln vierzehn Unglück nicht
auch wenn das Weib die Börsch betritt
nichts guts von ihr geredet wird.

16.

Eine Weibs-Person, im Habit einer Schäferin, hat in der rechten Hand ein Hertz, welches sie traurig ansiehet, in der lincken einen Stab. Zur rechten Seite ein Schäfchen, zur lincken ein laufender Knabe.

Schläge machen weise.

Mangel lehrt fein demüthig seyn
wenn man nicht weiß wo aus noch ein,
sein eigen Unvermögen betracht,
aus Noth eine Tugend wird gemacht.

17.

Das Packhauß bey der grünen Brücke im Prospect abgemahlt, samt den nahe bey gelegenen Speichern, und vielen Waren. Einer mit verbundenen Augen sitzet bey einem Pack Henf, und schreibet darauf ein Haußmarck, oder Kaufmanns-Zeichen.

Vor viele, nicht vor einen.

Beydes zu Wasser und zu Land
treibt man Gewerb hier allerhand

wenn

wenn Falschheit, Betrug, List nicht käme drein
soll der Handel wohl tragen ein.

18.

Ein auf dem Rücken ein Spieß tragender ide, woran ein Sack hänget. Hinter ihm iffen zwey Männer her, die ihm den Sack an-ten wollen.

Er läufft mit dem Juden-Spieß.

Der Wucher beraubet ohn Verdrieß
die Leut mit seinem Juden-Spieß,
legt Zinß auf Zinß, zaust wie ein Dieb,
sag nun, wo bleibt die Christlich Lieb?

19.

Eine aus den Wolcken hervorragende Hand, ein brennendes Hertze hält, mitten in der and ist ein Auge.

Bas die Augen sehen, das betreugt das Hertze nicht.

Wer leichte glaubt wird leicht betrogen,
denn viel wird in der Welt gelogen,
drum trau, schau wem, und fürchte GOtt,
sey redlich, treu, so hats nicht noth.

20.

Drey am Tisch sitzende Männer, deren der ine im Begriff ist eine Handschrifft zu siegeln; er andere zehlet etwas auf den Fingern; der ritte aber verwundert sich eines Dinges.

Bürgen soll man würgen.

Nimm wohl in acht das Siegel dein,
nicht leicht laß dich in Bürgschafft ein,
offt gute Leut die sich verschrieben,
sind in der Suppe stecken blieben.

21.

21.

Zwey gegeneinander stehende Männer; dem einen, der den Reichen vorstellet, werden zugeworffen Ruthen, Geissel, Peitschen und Bettel-Geräth; dem andern, nehmlich dem Armen, der beyde Hände gen Himmel ausstreckt, werden zugeworffen, Crone, Zepter und viel Gold, so aus dem Sack häuffig fällt.

GOtt giebt, GOtt nimmt.

Du küßt die Hand, und meynst daß du
hast selbst erworben Gut und Ruh.
Wo die Sonne scheint, da thut es tagen;
der Arm wird reich, der Reich muß klagen.

22.

Eine eherne Mauer, bey welcher ein Mann sitzet, zu welchem ein Engel kommt. Vor der Mauer sitzet ein andrer beym Feuer, zu welchem etliche Personen kommen, die ihm mit aufgehabenen Händen drohen.

Ein gut Gewissen ist stärcker, als von Ertzt eine feste Mauer.

Fürcht GOtt, schweig und erwart der Zeit,
brauch Glimpff und böse Tücke meid,
thu guts, behalt Gewissen rein,
so kanst du wohl glückseelig seyn.

23.

Zwey Männer, welche die drey Jungfrauen, Gottesfurcht, die Liebe, und den Frieden, mit Ruthen zur Stadt hinausstreichen.

Um das Mein und Dein.

Wo ist Eintracht und Liebe geblieben,
Wer hat Friede und GOttesfurcht vertrieben?
Geld dein Begierd zu Meinen,
und mein Begierd zum deinen.

24.

Ueber einem Fluß ein Steig, auf dessen einer Seite ein alter Mann stehet, der das Cornu Copiæ hält, auf der andern stehet die Fortuna, die den Steig absäget.

Je höher Glück, je minder Sicherheit.

Hat dich das Glück zu Reichthum bracht,
so hab auf deine Schantz wohl acht,
je höher es dich hat gesetzt,
je höher ist der Fall zuletzt.

25.

Ein Hirt schläget zwey Wölffe, die sich an seine Schaafe gemacht haben; die übrige Wölffe entlauffen.

Solche Arbeit, solcher Lohn.

Wie dieser Wolff samt seinen Jungen,
also der Gottloß wird verdrungen.
Darum ihr Eltern ingemein
schont euer und euer Kinderlein.

26.

Ein armer abgerissener Mann schlägt Feuer aus dem Feuerzeug, und ein in den Schorstein gestreckter Jung bläset das Feuer auf.

Arbeit gewinnet Feuer aus den Steinen.

Noth alle Kunst zur Welt gebiehrt,
die Arbeit ihre Pflegamm wird,
Arbeit die tieffe Natur ergründt,
bis sie der Noth Erstattung findt.

27.

Gerechtigkeit und Friede sich untereinander küßend; neben bey sitzet die Liebe mit drey Kindern, ihre Milch in den Schaalen spritzend; gegen über die Gottesfurcht mit einem Buch auf dem Schooß.

Seelig sind die Landes Einwohner.

Wenn Fried der Gerechtigkeit giebt Küß
ist aller Dinge Ueberflüß,
die Ungerechtigkeit und Streit,
macht arm das Land zu jederzeit.

28.

Ein Mann vergräbt seinen Schatz in die Erde. Ein andrer giebt den Bettlern Allmosen.

Nicht das Geld, sondern der Gebrauch des Geldes ist köstlich. Vor viele, nicht vor einen.

Es ist fürwahr des Spottens wehrt
die Erd vergraben in die Erd,
brauchs, legs wohl an, was GOtt beschert,
auf daß dein Seel nicht werd beschwert.

29.

Zwey Männer, die sich zuvor geschlagen, machen bey Untergang der Sonnen Friede, und tragen Oelzweige in ihren Händen.

Lasset die Sonne über euren Zorn nicht untergehen.

Sieh GOtt der HErr will haben das,
daß Zorn sich nicht erheb ohn Maaß,
sondern gebeut Frieden und Ruh,
verheisset Glück und Heyl dazu

30.

30.

In einer Berg-Höhle liegt ein Mann der das Bein gebrochen. Vor der Höhle verfolgt ein Mann, dem die Augen verbunden sind, zwey geharnischte und gewapnete Personen, ein Manns- und Weibs-Bild.

Mit Rath, darnach die That.

Nichts blind greif an, weil oft folgt Reu,
und schadet dem der dir ist treu,
oft bricht ein Bein wer eylt behend:
An dem Anfang bedenck das End.

31.

Die Fama in die Trompeten blasend.

Ein schöner Schatz den Kindern der Eltern ehrlicher Nahme.

Das böß Gerücht hat guten Wind,
flieht wie der Adler gar geschwind,
kan nicht mit werdn ins Grab gelegt,
endlich auch über die Nachkommen schwebt.

32.

Eine Gerichts-Stube, da für dem Richter ein klagender Mann stehet, mit drey Weibs-Personen, deren jede einen Sack trägt.

Der Rechtsgänger-Säckel.

Der sich in Rechts-Händel läßt ein,
muß allenthalben gesäckelt seyn,
mit Unverschämt der erst sey gefüllt,
der andr mit Geld, der dritt mit Gedult.

33.

Mars, in der Rechten einen blossen Säbel, in der Lincken eine brennende Fackel haltend; un-

ten zu seinen Füssen ein betrübtes Weibsbild mit zerrissenen Kleidern.

Der Krieg und Rechtsgang, richtet sich nicht nach eines jeden Kopf.

Krieg zu Mangel giebt bald Ursach,
wo man gedenckt auf Streit und Rach,
Streit und Rach das einge Uebel ist,
welchs Land und Städt gar bald auffrist.

34.

Der Tod führt einen Mann nach dem Kirchhoff zu, welchem seine Frau und Kinder nachweinen, und ihn nicht lassen wollen. Der Tod trägt auf der Schulter einen Eichenbaum, den er mit der Wurtzel aus der Erden gerissen.

Es hilfft weder Crisam noch Tauffe, wilt du nicht, so must du.

Der grausam Tod zuckt weg den Baum,
giebt keinem Flehen Statt noch Raum,
hauet mit der Sensen alles um
es sey hoch, niedrig, schlecht od'r krumm.

35.

Ein prächtig geschmücktes Weibsbild, mit einem Pfauen-Schwantz und Spiegel, zu deren Füssen der Neid sitzet.

Wenn Hochmuth aufgeht, so geht das Glück nieder.

Hoffarth gebiehrt Mißgünstigkeit,
sie haßt die Leut und wird beneid,
will vorn dran seyn, acht Niemand nicht,
darum oft grosser Schad geschicht.

36.

36.

Ein Camin, in welchem ein Satyr das Feuer ergreifft, und sich nach einem nackenden Knaben umsiehet, den er dergleichen zu thun, anreitzen will, der Knabe aber fleucht davon.

Ein gebranntes Kind, fürchtet das Feuer.

Wer arm gewesen von niedrigem Stand,
mit GOtt und Ehr wieder kommt zu hand
der hab sein acht und ehre das Glück,
damits an ihm nicht üb sein Tück.

37.

Ein Fuhrmann treibt die Pferde an; ein Schiff so mit vollem Winde seegelt, die Schiff-Leute aber hin und wieder lauffen und das ihrige thun. Allerhand Arbeits-Leute, so ihr Werck verrichten. In der Lufft flieget ein Adler, so ein Stück Fleisch im Maul führet.

Man muß mit GOtt in die Hände speyen.

Thu GOtt anruffen und schieb am Rad,
so geht es alles wohl von statt,
beth und arbeite mit zugleich,
so wirst nach GOttes Willen reich.

38.

Ein armer Mann, so vom Acker die Aehren auflieẞt; hinter ihm steht eine gantze Garbe, die er bereits zusammen gelesen.

Viel kleine machen ein grosses.

Ein Körnlein zu dem andern gelegt
endlich eine grosse Summ austrägt,
wer es nun also machen thut
durch Sparsamkeit vermehrt sein Gut.

39.

Ein König sitzt auf seinem Thron und schläfet. Im Traum kommt ihm vor, als ob er die Welt als eine Kugel in der Hand halte, und vor sich siehet er noch andre Welten aufeinander stehen.

Am neuen Tuch und Menschlichen Anschlägen gehet viel ein.

Nicht wie du wilt dein Anschläg hoch
zurück ein gut Theil läuffet noch,
ein ungegangen Tuch geht ein
als auch die süsse Träume dein.

40.

Drey Säulen, oben mit einem Circul verbunden, an der ersten ist ein offenes Buch; an der andern Zepter und Schwerdt; an der dritten ein Pflug zu sehen. Oben die Himmels-Kugel, darauf die Gerechtigkeit mit den Tafeln Mosis und einem Schwerdt sitzet.

Alles zur Ehre GOttes, und dem Vaterland zum besten.

Ihr Stånd wie ein geschnittner Ring
zusammen halt in allem Ding,
So wird Haußstand und Policey,
Auch Kirch und Schulen blühen frey.

41.

Ein im Bette liegender wassersüchtige Geitzi-
e, der immer trinckt, und den Durst doch nicht
schen kan. Sein Diener schüttet das Geld
r ihm auf die Erde, unter welchem der Teuffel
tzet.

Je mehr getruncken, je mehr Durst.

Wo das Hertz wird genommen ein
von Geitz so ist es gantz unrein.
Geld ist sein GOtt, sein Seeligkeit,
